



Bibliographische Daten

Titel: Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81

Signatur: Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

quidam de custodibus. uenerunt in ciuitate
et nunciauerunt principibus sacerdotum
omnia que facta fuerunt. Et congregati
cum senioribus. consilio accepto. pecu-
niam copiosam dederunt militibus dicens
Dicite. quod discipuli eius uenerunt
nocte. et furati sunt eum. nos dormi-
entibus. Et si hoc auditum fuerit a
preside: nos suadebimus ei. Et secutos
uos faciemus. At illi accepta pecunia
fecerunt sicut erant edocti. Et diuul-
gatum est uerbum istud apud iudeos.
usque in hodiernum diem. Undecim autem
discipuli abierunt in galileam: in
montem ubi constituerat illis ihesus
Et uidentes eum adorauerunt. Quidam
autem eorum dubitauerunt. Et accedens ihs
locutus est eis dicens. Data est
mihi omnis potestas: in celo et in terra
Euntes ergo. docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris et filii
et spiritus sancti. Docetes eos seruare
omnia quecumque mandaui uobis.
Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummationem seculi.



Sanctus Marcus euang.

Marcus euangelista dei electus
et petri in baptisinate filius
atque in diuino sermone discipulus
sacerdotum in israhel agens
secundum carnem leuita ad fide christi conuersus
euangelium in ytaliam scripsit ostendens
in eo quid generi suo deberet et christo.
Nam uicium principij in uoce prophetice
exclamacionis instituens ordinem
leuitice lectionis ostendit ut predicans
predestinatum iohannem filium zacharie
in uoce angeli annunciantis emissum non
solum uerbum carne factum sed et corpus
domini in omnia per uerbum diuine uocis
animatum in uice euangelice predicacionis
ostenderet. Ut qui hec legens sciret cui
in uice carnis in domino ihesu aduentus
habitudinem tanto deberet agnoscere atque
in se uerbum uocis quod in consonantibus
perdidit inueniret. Denique cum perfectum
euangelij opus intrasset a baptismo
domini predicare deum incipiens non laborauit
natiuitatis carnis quam in prioribus
uiderat dicere. sed totius exprimens ex-
positionem deserti ieiunium numeri
temptaciones dyaboli congregacionem
bestiarum et ministerium protulit ange-
lorum. ut institues nos ad intelligendum
singula in breui compingens nec
auctoritate facte rei demeret et profecti
operis plenitudinem non negaret. Denique
amputasse sibi post fidem pollicem
dicit. ut sacerdotio reprobus haberet
sed tantum consciens fidei predestinata
potuit electio ut nec in opere uerbi
perderet quod prius meruerat in genere
nam et alexandrie episcopus fuit
cui per singula opus fuit scire. et e-
uangelij dicta in se disponere. et
disciplinam legis in se agnoscere et diuina
in carne domini intelligere naturam que
in nos primam requiri oportet. Denique
inquisita uolumus agnosci habentes mer-